

vim in hac esse opinionem ut eorum Rex ita  
 præscripserit navigationem INDICI Occi-  
 dentalis (forte Orientalis) ejusdemque VA-  
 STISSIMI MARIS, ita ut reliquis gentibus  
 æquora illa transfretare non liceat, & ex  
 nostrismet HISPANIS VULGVS in eadem  
 opinione fere esse videtur, ut per VASTIS-  
 SIMVM IMMENSVMQUE PONTVM ad In-  
 dorum regiones quas potentissimi Reges no-  
 stri subegerunt reliquis mortalium navi-  
 gare, præterquam Hispanis jus minime sit,  
 quasi ab eis id jus præscriptum fuerit, ta-  
 men istorum omnium non minus INSANÆ  
 sunt opiniones, quam eorum qui quoad  
 Genuenses & Venetos in eodem fere SOM-  
 NIO esse adsolent, quas sententias INEPTI-  
 RE vel ex eo dilucidius apparet, quod ista-  
 rum nationum singule contra seipsas ne-  
 queunt præscribere: hoc est, non respublica  
 Venetiæ contra semetipsam, non respu-  
 blica Genuensium contra semetipsam, non  
 Regnum Hispanicum contra semetipsum,  
 non Regnum Lusitanicum contra semet-  
 ipsum<sup>1</sup>. Esse enim debet differentia inter  
 agentem & patientem. Contra reliquas ve-  
 ro nationes longe minus præscribere pos-  
 sunt.

D 4

sunt.

<sup>1</sup> All. l. sequitur §. si viam ff. de usucap. §. si itaq; inst. de act. Vt dictis jurib. & l. cum filio ubi multa per Bartol. & Ias. ff. de legat. 1. Part. 1. in pr. q. 3. & 4.